Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift



SERMO · B · AUGUSTINI EPI ·

Celebritas hodierne diei ammonet ut in laude
uirginis immorari debeamus quia reuera dignum
est ut in die tante genitricis laudes dni non sileat
lingua carnis. In hac siquidem die competenter beata uir
go maria sponso illi celesti libere proclamat. Tenuisti
manum dexteram meam et in uoluntate tua deduxisti me
et cum gloria assumpsisti me. Hodie inquam et ipsa a sponso
congrue audit. Ueni proxima mea speciosa mea columba
mea quoniam ecce hiemps transiit pluuia abiit ipsaque iam
beata respondit. Flores uisi sunt in terra nostra tempus sectionis ad
uenit. Anima mea exultabit in dno et delectabitur
super salutari eius. In dno laudabitur anima mea audi
ant mites et letentur et credo uidere bona dni in terra
uiuentium. Uideamus ergo fratres quae sit ista uirgo tam sancta ad
quam spiritus sanctus uenire dignatus est que tam preciosa deo fuit
quam deus sibi elegit sponsam quae tam casta fuit ut possit
uirgo esse post partum. Hec est dei templum fons ille signa
tus et porta in domo dni clausa. Ad hanc [illegible]
descendit sanctus spiritus huic uirtus obumbrauit altissi
mi ex ea potens uirtutum xpc egreditur hec est